



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 37. Extremus Turnonii Cardinalis morbus, ejusque Testamentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. *gotia facessere, & molestiam creare, gro-*
A. C. 1710. *rioribus profecto suppliciis afficientur.*
 Præterea expecto, donec Pro-Rex his
 verbis edicat, ac decernat. Pro-Rex his
 verbis edicit: juxta renuntiationem so-
 etam, id ortum esse ex nimia in custodi-
 do severitate. Testes omnes sunt ejusdem
 Religionis viri, vix potest ipsis perperam
 fides adhiberi.

„Quemadmodum expositum fuit,
 „ita dijudicatur, ac decernitur. Sic
 „etiam severe præcipitur Hianxanæ Ci-
 „vitatis Rectori, ac Chiliarcho, civi-
 „libus, ac militaribus Præfectis, ut
 „milites ac satellites contineant, &
 „coerceant, ne ipsis liceat negotia fa-
 „cessere. Si quid deinceps audiatur
 „certo certius pœnis afficientur non le-
 „vibus. Item expecto, donec Gene-
 „ralis duarum Provinciarum pervenit,

§. XXXVII.

*Extremus Turnonii morbus, ejusque
 Testamentum.*

Bahr nov. **T**ot igitur calamitatibus, injuriisque
Sin. not. pressus, & calumniis quotidie
pag. 99. impetitus Cardinalis acerbissimis
Guarnac. viscerum doloribus per plures annos
Vit. Pontif. summa animi constantia toleratis con-
pag. 142. ficiebatur, ejusque vires intimo ma-
Vit. Card. rore frangebantur, molestissime ferens
z. I, p. 000. quot

quod Patriarcha, Sedis Apostolicæ Legatus, & Cardinalis a Christianis tam indigne haberetur, a Gentilibus ad varia tribunalia raptatus, velut in carcere detineretur, ejus & summi Pontificis mandata ac censuræ ab iis potissimum, qui Sedi Apostolicæ immotam jurant obedientiam, vilipenderentur; ejus famuli in publicis Curiis verberati, illius Domestici calumniis oppressi, eorum non pauci in arcibus detenti, atque in vincula conjecti fuissent, cumque sibi etiam teterrimi carceris minas intentari, injuriosis edictis ad ejus fores affixis traduci, suos domesticos exitu, aliosque accessu arceri, necessaria ad victum, ipsamque frigidam sibi suisque diu denegari, Missionarios Biretum consignantes post tot itinerum molestias in carceribus detineri, Dominicanos contra jus gentium, datam fidem & Imperatoris edictum ad exteras Regiones transmitti, Ecclesiam & Catholicos superstitionis ritibus impune infici cerneret, totque iniquissimas vexationes secum perpenderet, ob doloris vehementiam tot animi corporisque concussionibus succubisset, nisi generosus athleta, cunctis hisce violentis procellis superior jam dudum statuisset, potius omnia mala & tormenta perpeti, mortemque subire, quam superstitione-

Sæc. XVIII.
A. C. 1710.

Sæc. XVIII. stitionum abominationem approbare,
 A.C. 1710. aut Missionis suæ ministerium dimit-
 tere: Hoc proposito firmatus, cum
 sese jam anno hujus sæculi sexto a suis
 adversariis detineri, & Ludovicum Ap-
 piani Missionarium, suumque interpre-
 tem in navi Regia Peckino Cantonem
 captam, catenisque constrictum abduci
 cerneret, haud benignius secum quon-
 dam agi prospiciens, die vigesima sexta
 Novembris sequens condidit testamen-
 tum: „Cum fatalis casus, qui occurrit
 „Domino Appiani interpreti meo (vel
 „ut melius loquar) fors, quæ obtigit
 „ipsum patiendi, pro Jesu Christo Domi-
 „no nostro mihi documento esse debeat,
 „ut præparatus inveniar ad omne id,
 „quod mihi quoque obvenire posset,
 „si peccata mea per divinam miseri-
 „cordiam non præpediant, quo minus
 „æque mihi ac præd. Domino Appiani
 „gratia patiendi concedatur, hinc est,
 „quod pro bona præventionem, & ut ma-
 „gis liber ac expeditus sim, ad alias
 „curas pro anima mea, & Apostolico
 „meo ministerio; atque demum, ut
 „in ordinem aliquatenus redigam res
 „meas, neque derelicti maneant illi,
 „qui de me confisi, hanc longam &
 „pœnosam peregrinationem una me-
 „cum, ut mihi assisterent, susceperunt,
 „sequentibus articulis meam expono
 „dispo-

„dispositionem, ac mentem pro casu, Sæc. XVIII.
 „quo ulteriore arctarer, arresto, mihi- A. C. 1710.
 „que libera cum ipsis communicatio
 „adimeretur; in adjuncto vero folio si-
 „gillato, aliam dispositionem pro casu,
 „quo morerer, recipient. „

„Primo igitur Domini Andreæ (Can-
 „dela) erit animare cæteros, ne corde
 „deficiant, & affligantur, siquidem sti-
 „pendia missionariorum Apostolicorum
 „qui veniunt ad has regiones, sunt di-
 „versa patiendi genera, nec ipsi aliud
 „sperandum habent. Pati autem pro-
 „pter religionem, & justitiam (quæ
 „duæ causæ in persecutione, quam
 „ego patior, & crescere potest, con-
 „currerunt) res est, potius æmu-
 „latione sanctaque invidia, quam com-
 „passione digna: sed debebunt specia-
 „libus orationibus implorare mihi a
 „Divina Majestate virtutem fortitudi-
 „nis & Constantiæ. Hæres erit Sacra
 „Congregatio missionis in China; a
 „nullo eorum, qui pecunias & alias res
 „meas, administrant, exigantur ra-
 „tiones, sed stet eorum verbis, & bo-
 „næ fidei. „

„Domino Angelitæ dentur mille Pa-
 „tacones pro suo reditu: octingenti Do-
 „minico (Marchini) ducenti coquo
 „præter complementum sui salarii. Ca-
 „pellæ apparatus, exceptis iis rebus.
 „de

Szc. XVIII. „de quibus hic fit mentio specialis, ma

A. C. 1710. „neat Domino Don Andreæ, qui & de

„bebit assumere sibi onus conficiendi

„inventarium omnium mearum scriptu-

„rarum, easque communicandi Domini

„Abbati Joanni Jacobo Fatinelli, ut is

„retineat illas, quæ erunt necessariae

„pro justificandis actionibus meis; alias

„vero consignet ad archivium Vatica-

„num, sub prædictis scripturis etiam

„volo comprehendi registra Secretarie

„status, & alias literas. „

„Centum scuta Romana, de quibus

„ordinavi, ut solvantur Hospitali S-

„Joannis in Laterano Romæ, si non

„dum soluta sunt solvantur. Quadringent-

„Patacones pro missis computando st-

„pendium cujuslibet per quatuor re-

„les (id est in Moneta Germanica pe-

„quingenta crucigeros) a Domini

„Giampe distribuantur. Solvantur at-

„trassati (ut vocant,) simplicium Mil-

„lionariorum S. Congregationis. Pe-

„cunia, quæ supererit, ponatur ad cen-

„sum. Donativa ex serico, & porcel-

„laria mihi præsentata Nomine Impe-

„ratoris Chinensis, sicut etiam reliqua

„ligni S. Crucis cum sua authentica

„procurabitur, ut accipiat mea nativa

„familia, videlicet vel Marchio de Tur-

„non Frater meus, vel Domina Mar-

„chionissa cognata mea, vel filius eo-

„rum

„rum primogenitus; & illis eam mit- Sæc. XVIII.
 „to, non solum in signum mei fraterni A. C. 1710.
 „amoris, sed etiam in symbolum ho-
 „norum, laborum, & ærumnarum,
 „quibus semper associata fuit hæc mea
 „Legatio. Si mihi præterea aliquid
 „dandum remanet, rogo, ut partim in
 „Eleemosynas erogetur, partim vero,
 „Missis pro me legi curandis applice-
 „tur.,,

„Executores testamentarii in China
 „erunt Domini Ignatius Giampe, &
 „Don Andreas Candela, in Europa au-
 „tem Dominus Abbas Fatinelli, & Do-
 „minus Sabinus Mariani.,,

§. XXXVIII.

Audi dolores, & vexationes.

Hoc autem anno ad initium Verni je-
 junii Turnonius tam gravibus vi-
 scerum doloribus vexabatur, ut mor-
 tis suæ horam fat vicinam fore haud
 dubitaret; morbi tamen vehementia,
 appropinquante Paschatis solemnitate
 nonnihil remittere videbatur, quæ ta-
 men paulopost indies eo magis aucta
 est, quo machinationes, calumniæ &
 suorum hostium violentiæ quotidiana
 capiebant incrementa, quæ tamen
 omnia Cardinalis cum incredibili animi
 tranquillitate, admirabili & prorsus

Hist. Eccles. Tom. LXVIII. L he-